

Epistola karoli Aretini in uathrachomiomachiam
Homeri poetæ ad Marassium siculū foelicitē icipit.

Vper suauissime Marassi quū apd̄ quoidā
p̄tātissimos iuuenes studiis hūanitatīs mi
rifice deditos Homerū sūmope laudassē: dixissēq;
eū nō solū ī rebus magnis quæ mediocri oratori uel
poetæ maximū oīs capū p̄stare solet: uerū etiā ī eo
bello qd̄ adolescēs de ranis muribusq; fixit: q̄tū iā ī
genio ualeret ostēdisse: & p̄cib; & ui a me exegerunt:
ut id ī latinū cōuerterē. at si nō ualerē uersu saltē id
quo mō posse soluta oīone trāsserrē. Itaq; quū eorū
studiis nullo pacto obsistere q̄rē libero ī pede id tra
ducerē aggressus sū. sed quū p̄paucos trāstulissē uer
sus: ita ea oīo icōdita & icōposita mihi uisa ē: ut nil
suaue nil elegās nil deniq; homericū resonār uideret
itaq; mutato cōsilio musas iuccaui ut mihi aliquan
tulū aspirarēt mea labra si nō parnasi sacris undis
saltē lymphis illius gai fōtis d̄ quo nup̄q; plures sua
uissimos elegos edidisti aspergerēt. at si sic repēte ex
coruo ut iquit ille poeta p̄dire eis hecatonben polici
tus sū. p̄xima deide die nocte ī somniis mihi uisū ē
musarū gremio sublatū ī gaio fōte eē demersū. q̄obrē
paulo post expectus alacri aīo ad scribēdū accessi.
Et hoc opusculū ī nrām linguā trāstuli: ī quo siqd̄
elegās uisū fuerit cū homero oīū poetarū p̄tātissimo



tum maxime illis undis quibus tua carmina uida esse
dicis attribuito. Sin autem aliquid ineptum offende-
ris: id a me editum esse credas. Sed iam diu tecum iocor:
non tamen me latet uideri Plutarcho: hæc Homero
non esse tribuenda. Putauit enim ut arbitror hanc
clarissimi poetæ summam fore laudem: si nihil illius
noie inscriberetur: præter duo illa egregia poemata:
quorum altero bellum troianum altero Ulyxis uari-
os errores cecinit. Itaque & hoc & marginem Homeri
esse negauit. De imis uero nullam fecit mentionem.
Sed non uideo cur sententia eorum qui hæc Home-
ro ascribunt uera esse non possit. Nam si noster
Maro culicem: copen: nonnullaque alia exercendi
ingenii gratia scripsit. ut tandem pastores. agros.
horrendaque bella caneret. quid mirum Homerum ope
bello troano prælusisse: præsertim quum uerborum
& carminis elegantia ab illo præclaro opere minime
dissentire uideatur. Quauis enim laudabile sit res
magnas scribere in paruis: tamē aliquando se exercere
haud absurdum est. Etenim non sum animi dubius
uerbis ea uicere magnam quæ sit & angustiis hæc addere
rebus honorem. Nam ut inquit præstantissimus poeta
In tenui labor. at tenuis non gloria. Sed mitne mirum
uobis uideri debet. si de hoc ope inter doctos aliquod
certamen sit. quum de genere. de uita. de patria denique

ipsius Homeri tam uarias sententias esse uideamus.
Nam si ab Ephoro priam quæras: cum æu esse dicat.
Si ab Pindaro omnium lyricorum principe: cum smirneum: tum
chiu asseuerabit. Si ab Antimacho & Nicandro thelo-
phoniū censebunt. Si autem ab Aristarcho & Dionysio
thratio: haud dubitabunt atheniensem dicere. demum eum
Simonides chiū: Aristoteles item fuisse scribat. Non
cesunt qui eum ex cipro salaminū aut argium esse
contendant. Quam ite tempestate: quibus uel parentibus
fuerit: tam uariæ sententiæ sunt. ut satius sit nihil
affirmare: quam tam diuersas de eo opiniones præferre. Nos
autem hanc omnem quæstionem relinquentes ad te musarum
decus: quam iam tantum carmine præfecisti: ut inter Tibullos
Propertios Gallos numerandus uidearis hoc opus-
culum tanquam Homeri mittimus. ut illud emendes: ac
his diebus aliquo ridiculo animum relaxare possis.

Homeri Poetæ Bathrachomiomachia per karolum
Aretinum traducta foeliciter Incipit.

Anarum murumque simul crudelia bella
Quaque super genibus descripsi carmina nup
Nunc canere atque omnes hominum uulgare per aures
Est animus. spirare deæ: sacrumque mouete
Ex helicone chorum: uocique inducite carmen.
Nam non parua quidem fecere pericula mures



Horrida terrigenum imitati bella gigantum,
Talia mortales referunt primordia rixæ.
Muspulæ rapido fugiens discrimina cursu
Conceptaq; sitim cupiēs sedare propinquus
Mus posuit barbam stagno: dulciq; liquore
Iam lætus: quū rana procul conspexit: & inde
Garrula linocharis tali sic uoce locuta est.
Qui sis: unde ad aquas uenisti: qui ue parentes
Dic: & uera refer: nec te mendacia tangant.
Nam si te nostro dignum nartabis amore
Munera multa dabo: tibi quæ monumēta relinquā
Hospitii: & mecum nostris lætabere tectis.
At tibi si nostri proles & nomina curæ:
Rex ego quippe uocor phisignatus: inq; palude
Nunc ranis præsum: perq; omnia sæcula regno:
Sumq; satus peleo: qui quondam hidromedusa
Littore in oceanū genuit connexus amore.
Sed te conspicio robusto pectore & armis
Certe alios superare duces: tum corpore honesto.
Ergo age continuo pande stirpemq; genusq;
Ad quam pficarpax tali tunc uoce locutus.
Quid genus obscurum nulli cognoscere tentas?
Nomine nanq; uocant omnes pficarpaga mures:
Magnanimusq; pater troxartes dicitur esse:
Lichomeleq; mihi genitrix: quæ sanguine creta

Phernotrocti olim sceptris regnoq; superbi.
Hæc postq; genuit: me cum mortalibus una
Nutriit: atq; cibum posuit ficusq; nuceq;
Quonam igitur pacto nostro iungeris amor?
Quum certe nobis natura aliena genusque.
Tu uitam in stagno ducis: mihi rodere cura est
Et panem mollem tenerasq; e farre placentas.
Hæc tacitus: quoniam suspensis tollo canistris:
Quæq; solent hoies uentri mandare uoraci:
Quodq; iecur certa tunica uelatur in alba.
Non sane fugiunt per næ me frustra suillæ:
Caseus & dulci nuper de lacte coactus:
Mellitæq; dapes summis que pabula diuis:
Lauta hoium quicquid demum conuiuia poscūt.
Et quæcunq; cocci patinis condita reponunt:
Nos soliti mures arguto rodere dente.
Nec strepitum belli fugio: sed semper in armis
Ante alios primus medio dux agmine uersor.
Non hoiem timeo q̄ magnū corpus habentem.
Sed lectū ingressus summos digitosq; momordi:
Et calcem strinxit: nec tum dolor affuit illi.
Nec facimus somnum placido discedere morfu.
Sed duo præcipue quæ sunt animalia terris
Muspulam miluumq; tremo portantia luctum
Et tristem laqueum nobis lachrymabile fatum.



Musipulam imprimis timeo: quæ sæpe fugacem
Ingressumque cauum letali deuocat astu.
Nec rasanam redo: prægnans ue cucurbita nobis:
Nec betæ uirides: uiridis nec brassica gratul
Est cibus: haud apio nimium delector amaro.
Talis nanq; cibus uobis solet esse sub undis.
Ad quæ subridens sic contra est rana locuta.
Certe hospes nimium nimium te tollis in altum:
Multa etiam ranis stagno terraq; supersunt.
Nam uictum ancipitem nobis saturnius ipse
Et terra saltare dedit: tum corpus in undis
Occidere: ut lætæ uita uiuamus utraque.
Quod si scire uelis facile est tibi noscere cuncta:
Si nostrum ascendas dorsum: nodoq; tenaci
Constringas collum: ne delabaris in undas:
Sed possis lætus domibus succedere nostris.
Dixerat hæc: tergum dedit: conscendit at ille:
Extemplo manibus ambabus colla reuinxit.
Gaudet aquis primum: gaudet portuq; p̄p̄inquo:
Et gaudet liquidas sic illa nare per undas.
Humida sed postq̄ sentit sua corpora fluctu
Heu miseram faciem lachrymis perfudit: & illum
Pœnitet: immeritos uellitq; dolore capillos.
Tum pedibus stringit uentrè: timet ipse. timore
Ingemît: & pauidū turbant discrimina pectus:

Et caudam liquidis ceu remum traxit i undis.
Tum multū lachrymans madefactus corpore toto
Numina cuncta simul precibus uotisq; uocauit:
Ut tandem optatam liceat sibi tangere terram.
Non sic portabat taurus sibi pondus amatum:
Fluctibus europam uexit quū in littore cretæ
Ut rana attollens pallentia corpora fluctu
Tergore supposito muri sua tecta petebat.
Quum subito horrendum uisu uidere per undas
Hydram fatiferum tollentem colla sub auras.
Quem simul aspexit gelido cum pectore rana
Corpora: dum cuperet uitare pericula tanta,
Qui fuerat stagno misere periturus in illo
Immemor heu socii trepidantia merfit in undis:
Ille simul sese cernit uectore relictum
Palluit: & miserum cecidit resupinus in æquor:
Comp̄ssitq; manus gemitu miserandus: & omne
Compleuit stagnum: tentatq; euadere mortem.
Ter summersus aquis liquidis: ter merfus in undis
Calcitrat: & superas redit moriturus in auras.
Nanq; humore graues ducebant pondera setæ:
Irrita sed postq̄ sensit. conamina fato:
Iam medio fundit tales ex ore querelas.
Et cælare deos Phisignate talia facta
Sperasti: miserum quum me ceu uertice montis



Voluisti . stagnū leui de corpore in altum
Perfide non terris ausus contendere contra:
Nam neq; luctando melior: nec tollere plantas
Doctior: aut tandem palmis connectere palmas:
Arte mala captum: sed me timidissime rex
Proiicis i fluctu. cernit deus omnia uindex
Nanq; dabis pœnas mœritis p talibus . & iam
Videris armatos horrendo ex agmine mures
His animam dictis spirantem uidit in illis
Lichopinax ripis stagni qui forte sedebat
Muribus exululans facinus scelusq; reportat
Quos postq̄ audierant mortē grauis impulit ira
Nec mora cōtinuo murū genus omne superbū
Troxarti miseri ad regia tecta uocari
Præcipiunt. primum cū sol lustrauerat orbem
Nanq; erat ille pater psicharpagos arte perempti
Infœlix stagno stabat qui corpus inane
Nec dum. & moles ualuit contingere ripas
Sed miser ah mediā nabat resupinus in unda
Illi precipites radiare in lumine montes
Aspiciunt . summi petiere ad palacia regis
Iamq; tacent . leto nati cum percitus ira
Surgit. & has fūdīt troxartes pectore uoces
Solus ego. o socii ranis immania passus
His tamen aspicio iam dudum fata parari

Tres ipse infœlix genui miserabile natos:
Atq; orbum totidem nati liquere pentem
Musipula primum laniauit nanq; retortis
Vnguibus arripuit: traxitq; foramine curuo.
Ast alii immites homines mala fata tulere
Ligna dum miram factam inuenere per artem
Quem laqueum apellant horrenda pericula mus:
Tertia restabat nobis carissima proles
Solamen: fuerat solus mihi nanq; relictus.
Hunc freta imperio miserum mala rana peremit
Nunc agite ornantes uariis iam corpora in armis
Agmine terribili ranarum tecta petamus.
Dixerat. & cūctos animos exciuit ad arma:
Tum cupidus belli: maioris hæc agmina cingit
Cruribus imprimis ocreas posuere fabales
Namq; fabas noctem uirides rosere per illam
Innumeras: quarum tum tegmina tota retexunt.
Sic tenues tunice belli uertuntur in usum.
Ardentem clipeum tenui ex umbone lucernæ
Efficiunt: placuit thoracas nectere tergo
Musipulæ: huic & enim pellem traxere per artem
Ast acus est illis claro mucrone refulgens
Hasta opus horredum martis neu cetera desint
Dura nucum capiti posuerunt tegmina cunctis
Iam stabant mures instructi talibus armis:



Auditu subito: quum ranæ percitæ ab altis
Egrediuntur aquis: nec non coguntur in unum:
In mediumq; grauis petitur sententia pugnæ.
Dumq; animi partes belli uersantur in omnes:
Ecce fatuf magni tiro gli phi sanguine quondam
Chitrobates præco manibus qui scepra gerebat
Talibus adueniens indixit funera belli.
Me ranæ mures uobis misere minantes
Terribili pugna: iam iam rapiatis ut arma:
Nam phisica paga aquis misere uidere perēptū:
Dextra quem uestri regis mactauit: at omnes
Robore quæ stagnis præstatif sumite pugnam:
Sic fatuf sermo ranarum uenit ad aures.
Illarumq; animos turbauit: iamq; superbæ
Succensent regi. quis tum Phisignatus in fit:
Nec murem leto dedimus: nec morte perire
Vidimus. at certe stagno dum ludit in alto
Demens: & nando ranas miratus in ipso
Mergitur: & liqdis uitam spirauit in undis.
Nunc ultro in fontē accusant. sed quæ uia mures
Perdere fallaces possit iam quærite cunctæ:
Nostra tamen quæ sit sententia discite belli.
Vna omnes animis ripa sedeamus i illa
Præcipiti: uariis inclusæ corpora in armis:
Ut quum præ rapido uenient ex agmine mures:

Moxq; fuerit: ipsos galeis rapiamus: & altum
Omnibus in stagnum uoluamus protinus armis
Sic certe ignari nandi morientur & illi.
Et murum nobis ponentur clara trophæa.
Dixerat: atque omnes ranas innexuit armis
Vndiq; nam foliis maluarum crura recingunt.
Hinc aptant uiridi beta thoracas: & inde
Caulibus ingentes clypeos. fuit omnibus hasta
Longior in manibus præacuta cuspide iuncus.
Pro galeaq; ipsis uelabat coclea frontem.
Sic ripa instructus stabat tum exercitus alta:
Crispabantq; hastas: animis cōplentur & omnes
Iupiter at claro superos nox cogit olimpo.
Tum bellum ostendit pugnatorefq; feroces
Innumeros: longaq; manu cum tela gerentes.
Ut ranæ muresq; fremunt uideantur ut illi
Centauris similes similesq; gigantibus illæ.
Quis faueat murum genti ranisq; superbis
Quæritur: & placidis affatur pallada dictis:
Auxilium latura tuis ad prælia tende
Muribus o nata. nanq; omni tempore sacro
Exultant templo: ludentq; altaribus omnes
Nidore: atq; hilares factis lætantur adesis.
Dixerat: hunc contra sic est affata minerua.
O genitor ne si fusos fractosque uiderem



Muribus auxilium ferrem. nam numina nostra
Læfere: & positas templis rosere coronas.
Haud opus exhaustos oleo nunc dicere lychnos:
Sed magis atq; magis mentē aīumq; remordet:
Quod nuper factam tenui de stamine pallam
Assiduoq; opere intextam pulcherrima uisu
Quæ fuit & nostra multum spectabilis arte
Rosere: & laceram liquere foramine multo:
Quin etiam infœlix alieno stamine texta
Et poscat fœnus superis res horrida diuis.
Haud tamen est animo ranaꝝ iungere genti
Auxilia: instabili semper cum mente pererrent.
Nanq; olim horrifona quū iam defessa labore
Venissem pugna: noctuq; resolvere membra
Optassem: tristi completerunt æthera luctu
Protinus: haud tantum spacii læciq; dedere:
Vt possem dulci usq; claudere lumina somno.
Sed noctem insomnis duxi: capitiq; grauato
Donec iam gallus summisit in æra cantum.
Nunc superi pugnent nostris sine uiribus illi:
Ne ue aliquis gladio corpus neu uulneret hasta:
Membraq; cælestum telo stringantur acuto.
Nam nulla audaces superum reuerentia tangit:
Nec trepidant bello nobis occurrere diuis.
Ergo omnes læti pugnam spectemus ab alto.

Dixerat: ast alii fremuerunt æthere diui.
Vna omnes hilares subito coguntur: & ecce
Præcones ueniunt belli iam signa ferentes.
Tunc tuba quæ manibus culicis portata canori
Increpuit pugnae sonitum: tum maximus alto
Iupiter intonuit belli portenta futuri.
Hypsebeas primus lichonora percutit hasta
Ante alios stantem: atq; alto clamore minantem:
Per mediūq; iecur uentrem penetrauit ad iumum.
Voluitur ad terram: mollesq; in puluere crines
Fœdat: & arma simul sonitum fecere cadenti.
Post hunc troglodices iaculo peliona fixit:
Traicit & telo pectus. cadit ille: animusq;
Euolat: & nigra clauduntur lumina morte.
Seucletus ast animā subito abstulit embasichitro:
Hinc poliphoni uentrem transuerberat hasta
Artophagus. ruit ille: uolatq; e corpore uita.
Quem simul aspexit pereuntem substulit ingens
Limnocharis saxum: magnis quod uiribus actum
Trogliditis collum duri perfregit. at ille
Corruit: extemploq; oculos clausere tenebræ.
Parte alia claram lichenor dirigit hastam
Illius in uentrem certoq; in uulnere fixit:
Crambobatus fugiens ripis se deiecit altis.
Non tamen in stagno tutus. sed percutit illum



Lichenor: cadit ille miser. tum sanguine leues
Purpureo pertingit aquas: & littora iuxta
Tenditur: & summa iacuit sublimis in unda.
Tiro gliphon ripis limnesius excipit hasta.
Phternogliphon spectans calamithes territus altū
Defilit in stagnum fugiens: clypeūq; rigentem
Proiicit. at regem surgens hydrocharis urget.
Phternophagon saxo: namq; illi percutit altum
Sinciput: & cerebrum patulis de naribus omne
Liquitur: & fuso turbatur sanguine terra.
Lichopinax perimit præstantē borbora phontem.
Atque ruens hasta corpus trans fixit. at ille
Concidit: & tenebris oculi uelantur abortis.
Prassophagus spectans currit: pedibusq; cadauer
Protrahit: & stagno miserum quoq; condidit alto.
At tū psicharpax socios non passus inultos
Pelusiūq; iecur medium traiecit: & aluum
Illius ante oculos cecidit: uitamq; reliquit.
Extemplo aspiciens hausit de puluere limum
Philobates. quantūq; luti comprehendere pugnis
Eualuit: tantum summis cū uiribus actum
Illius in frontem torsit: faciemq; maligno
Inuoluit limo. tum tectum pene reliquit.
Admouet ille manum terræ: & quod forte iacebat
Sustulit imensum saxum: quo perculit illum

Cruribus: ac suram dextram perfregit. at ille
Concidit: & media iacuit resupinus arena.
Craugasides uenit auxilio commotus in illum
Verberat & uentrem medium: totūq; recondit
Iuncum: quem manibus gestabat cuspide acuta.
Dumq; hastam recipit: funduntur uiscera ferro.
Sicophagus ripis uisu conterritus amnis
Claudicat: & bello fugiens fossaq; profunda
Defilit: & durum tentat depellere fatum.
Extremumq; pedem troxartes uulnerat hasta
Qui gnatum morti dederat. tum rursus in illum
Irruit: & nigrum tentat dimittere ad horcum.
Tum quidam mures interbellator & audax
Arte pibulli claro de sanguine natus
Qui fuerat: gentemq; suam superauerat armis.
Nomine quenq; uocant meridar paga: iamq; ferocē
Aequabat martem: q̄q; sit iunior. annis.
Hic animo exultans pro stagno constitit alto.
Tunc hominum diuūq; pater sublimis olimpo
Prospicit: & fufas miseratus pectore ranas
Cesariem quassat: taliq; hinc uoce locutus.
Proh superi quæ mira oculis spectacula cerno.
Terrorem ingentem uideo. meridar paga i undis
Perdere iam ranas ardet. nunc potius omnes
Pallada mutamus bello martemq; ferocem



Qui quâuis fortem cogantur absisterè pugnam
Dixerat. hūc cōtra maiors sic uoce locutus .
Nec noster genitor uires nec palladis arma
Sufficiūt raris miseris. ipse ægida fortem
Concute qua sæuo bello titania proles
Murmure cum magno cecidit sæuiq; gigantes.
Dixerat. ille manu cadentia fulmina sumit
Et tonitru ingenti totum concussit olimpum
Vibratumq; manu fulmen contorsit. at illud
Euolat extemplo: tum mures territat omnes.
Haud tam absistit pugna. sed tollere ranas
Ardent: atq; om̄s illarum perdere gentes.
Sed pater omnipotens ranas miseratus ab alto
Auxiliū extemplo misit: muresque fugauit
Nam genus aduentat blesum: rostroque recuruo
Oblique ingrediens. oculosque in pectore fixos
Tergore cum duro dorsumq; in cute rigescit
Obtortos oculos frenataque contulit ora.
Hos homines perhibent: horrēdo nomine: caneres
Bicipites octo pedibus manibusque carentes
Qui murum subito caudasque pedesque manusq;
Morsibus infingunt: hastæ flectuntur in ipsis.
Deseruere locum mures: pronique timore
Corripuere fugam. sub terras ibat olimpo
Phœbo: quū tātī cessit discordia belli . FINIS.

